





IHS

AD MAIOREM
DEI GLORIAM

Bib. Lachin
R. P. CLAVDII
AQVAVIVAE

Societatis IESV Praepositi
Generalis.

INSTRCTIO
PRO SUPERIORIBVS
Ad augendum conservandūq.
spiritum in Societate.

ROMÆ, In Collegio Rom.
eiusdē Societat.

Anno Dñi
MDCVI.

CVM

SVPER

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE 10

1998

A D

SVPERIORES SOCIETATIS.



A N N I. sunt propè septem, cum missa sunt ad Prouincias sex capita, quibus præcipua quædã monita, quasi fontes spiritualis nostræ administrationis continebantur; ad conseruandum, au-gendumq. spiritum in Societate, a R. P. N. Generali excogitata, & cum Patribus Assistentibus communicata: quæ posthac Superiores lectitarent studiosè, & ad faciliorem commodioemq. gubernandi rationem præ manibus haberent. Quin etiam anno ante ea de re seriò moniti Prouinciæ les, qui omnino efficerent, vt in suis Prouincijs eorum copia Superioribus suppeditaret, essetq. exemplar penes vnumquemque. Verum cum experientia compertum sit, hæc a multis ignorari, ne dum a singulis legi atque versari, eorumq. inopia in Prouincijs plerunque laborari, quã in ex-scribendo labore, quã sensu quodam, quo, nescio quo nam pacto, his peruoluendis, legendisq. magis oblectamur, ac ducimur, quæ a typis lucem aspiciunt, quam quæ in membranis scripta delite-


scunt; ob id è re Societatis fore, ac propè necessarium visum est, si ea typis excusa ederentur; spe facta, illud omnino commodi ex hac editione futurum; ut si suppeditante copia peruolitari hæc incipiant, ac Superiorum manibus teri, is, quem tantoperè expetimus, & ad quem tot conditæ leges, & hæc ipsa capita diriguntur, fructus in diè capiatur vberior (hæc est ea quæ iubentur exequi non remissè) & tantus ac tam utilis labor non omnino irritus reddatur. Quod equidem ut & futurum planè confido, si ea diligenter, ut par est Superiores meditando commentandoq. perlegerint; sic pro certo habeo facturos alacriter, cum P. Nostri vigilantiam propè singularem experti, qui totus est in elaborando perficiendoq. spiritu in Societate, intelligèt ex huius aures libelli commentatione non parum emolumentis in subditos redundaturum. Romæ Kalendis Ianuarijs. 1604.

Mandato R. P. N. Generalis.

Bernardus de Angelis
Secretarius.

DE INSTRVENDIS,
formandisq. superioribus.

C A P. I.

 Vandoquidem post varias ordinationes, post crebras Superiorum ad officij sui curam excitationes, post visitationes denique, tum solemnes Prouincialium, tum extra ordinem institutas Visitationum, nondum tamen is fructus, nec spiritus incrementum aut feruor elucet, quem omnes optamus, & quem ego vt omnibus modis procurem priuato ac præcipuo muneris mei vinculo admoneor; in hanc cum PP. Assistentibus meis deliberationem veni, vt ab Vrbe per aliquot hebdomadas secedentes, animum intento studio ad contemplandas detrimentorum nostrorum radices & remedia referremus. Re autem multis precibus & sacrificijs Deo Domino diligenter commendata, manifestò deprehendimus, reliquos omnes defectus ab vno executionis defectu tanquam ex fonte manare: quia si ordinationes diuersis temporibus editæ, immo solæ Regulæ ipsæ si obseruarentur, vix admodum esset, quod in studio perfectionis, religiosaque disciplina desideraretur. Et quoniam hæc ip-

Cur post multas & varias ordinationes editas optatus fructus haud extiterit.

Radix executionis defectus.

Se institutum adaptemus; quod S. Basil. in Reg. sul. disput. c. 34. iuadet; vt celebrentur de ijs rebus conferentiæ, in quibus labi procliue est; & quam quisque rationem in quorundam morbis, quorum difficilior ad tractandum natura & mores erât, vt illis mederetur, secutus sit. quid denique in hoc, illoue casu fieri oporteret, prolatis in medium varijs interrogatiunculis; & peculiaribus circumstantijs. Quam ad rem conferent, iuuabuntque, vt spero, aliquot industriae, quas ad spirituum infirmitatum curationem appollitas, vt eorum, qui gubernare incipiunt, instructioni, aliorum etiam memoriae seruiant, propediem missuros nos confidimus; cum adeo discrepans a corporum medicina, tantoq. quam illa difficilior sit hæc curatio, propter causas, quas Gregorius Nazianzenus. Apologetico suo complexus est, & Gregorius alter Papa præclare item explicat pluribus in locis. At Superiori priuatim postea indicabit Prouincialis, si quid fortasse in hoc, illoue curando peccarit, & quomodo in posterum se gerere debeat, ne aberret.

Quod ipsum cum ad Domus cuiuspiam visitationem accesserit cum eius Superiore & Consultoribus præstabit, alijsq. de quibus dictum est. De singulis autem, re perfecta, suis ad nos litteris perscribet; quos nimirum conuocarit, & in hunc modum insistet:

Conferentia habenda.

Proderunt industriae iam editæ.

De quibus circa has conferentias Generalis monendus.

quemadmodum successerint conferentiæ , quantum iudicij vnusquisque , & quantum in se spiritus ostendat , scribentq. de iisdem etiam rebus singuli , tum ipsius Prouincialis , tum vniuscuiusque Collegij Consultores .

Superiorū
errata .

Nunc vero , vt ad ipsum Superiorum officium veniamus , ostendamusq. quibus in rebus errare , ac muneri suo deesse possint : doceri debent , errores , defectusq. ex eo nasci , quod subditorum suorum morbos vel ignorant , vel negligant , vel foueant interdum ipsi , vel etiam augeant , vel eos denique exasperent , & grauius exulcerent . Ad hæc enim capita quinque omnes huius spiritualis medicinæ defectus reuocari videntur .

Ignorant
subditorū
morbos .

Et ignorant quidem , vel quod ad actus ipsos extrinsecos , eo quod fidos , vigilantesq. syndicos non adhibent , non percontantur a quibus , & quando scilicetandum est . Ministrum nec habent idoneum , nec fingere ipsi aut formare norunt . Filiorum denique suorum ægritudines paterno affectu ac sollicitudine non obseruant . Intrinsecus autem , quia aut conscientiæ rationem , quo par est modo , non exigunt ; aut subditi ipsi minus eis confidentes , aperire se penitus non audent : ita fit vt interdum , durior quædam agendi ratio , & parum affabilis homines alienet ; interdum opinio , quam de Superioribus suis quasi

quasi fucō & artificio vtantur, animo conceperunt, quo quidem certior nulla pestis esse potest, cum accidere nihil possit, quod animos ab amore ac fiducia sic auocet; nihil, quod subditorū mentes magis excitet, acuatque vt fucum & ipsi quærant, & res suas tectas atque occultas esse velint. Vnde sublata mox integra ac sincera sui ipsius erga Superiorem manifestatione, quàm Regulæ nostræ & Sancti Patres tantopere inculcant, occluditur sine vlla spe remedij via omnis & ratio totius auxiliij spiritualis.

2 Negligunt atque in deteriora labi sinūt Negligūt, multis modis: seu quia paterne ac sincere non monent; seu quia laqueos & pericula nō indicant, quæ subditi in suis illis defectibus non vident; defectuumq. ipsorum radices ac fontes non patefaciunt. Idipsum præterea faciunt cum vel pœnitentias non imponunt, culpasq. & errata non corrigunt, quod quidem pertinet ad disciplinam: vel damna non prospiciunt, nec illis occurrunt, vel occasiones amputando, vel habenas reuocādo, quod spectat ad custodiam. Hæc siquidem duplex illa est cura, quam subditis præstari a Superioribus debere Sanctus Bernardus affirmat.

3 Fouent, aluntq. dissimulando, & con- Fouēt dissimulando. niuendo, quasi non videant; relaxando, ac liberius interpretando, dispensando sine causa

causa legitima, vbi nec maius bonum cernitur, nec maior Religionis, subditivæ utilitas, quinimmo vbi & bonum minus est, & maius Religionis, subditiq. ipsius detrimentum. quæ quidem laxitas & licentia plurimū haud dubie damni affert, longeque ab illa summa cura & sollicitudine distat, qua filij Dei ad perfectionis statum ab eo vocati, educari tractariq. debent. Ex quo & illa S. Ephræmi præclara sententia omni certè memoria dignissima. Eum inquit, qui cæteris præest; peritissimum esse conuenit, & ad consulendum salutem subditorum vigilantissimum, utque singulorum obseruet incessum, motum, gestum ac habitum, adhibita etiam debita earum rerum correctione, quæ minus conueniunt, ut ad optimam eam statum, formamque reducantur. Magistri enim non solum elementorum figuras discipulis ostendunt, sed & minima quæque puncta, distinctionesque proponant. Sic igitur oportet Prælatum nihil quantumuis minimum, quod ad salutem pertineat, omittere; quin id fratribus proponat. Huc vsque illius verba.

Ser. de vita
spirit. n. 36

Argent. la
cédistucio

4 Argent. porro humano quodam metu, dum placendi studio errata, vel leuiter tractant, vel penitus etiam tegunt & dissimulant. Idemque accidit, cum remedia opportuno tempore non admovent, quæ postea scilicet, cum morbus inualuit, alieno tempore & parum con-

con-

considerate adhibere student; quando & le-
dia, quæ iuuare suo tempore potuissent, inu-
tilia iam facta sunt; & aciora sine graui in-
commodo applicari nequeunt.

5. Exasperant atque exacerbant, cum in
ipsa correctione stomachum potius quendā,
animique perturbationem, quam syncerum
charitatis affectum, commiserationemq. præ-
se ferunt: cum acrioribus verbis rem exag-
gerant; ijsq. nonnunquam etiam mordacibus,
& contumeliosis: cum acerbiora denique me-
dicamenta ingerunt, quam aut morbi vis re-
quirat, aut ægri conditio & natura patiatur.
Quo ex fonte mala plurima dimanant. Ideo-
que S. Gregor. ad Urbicum Abbatem scri-
bens, ex intemperato & incondito eius agen-
di modo, dissolutam Monasterij regulam
fuisse dicit. Quod ex nulla inquit alia re eue-
nire valuit, nisi quia tua dilectio in regimine
suo inordinata est; nec cum grauitate aliquid
valet disponere, sed modo studet peccantibus
leniter blandiri, modo inordinate & extra
modum nimium irasci.

Exasperat
acriori cor-
rectione.

RADICES HORVM MALORVM
in Superioribus hæ videntur esse.

Ignorantia
 Superioris
 & obliuio
 muneris
 sui.



Ignorantia, seu obliuio muneris & partium, quas ab eis exigit officium; quia minime cogitant se medicos, pastores, & patres esse: quod non debeant nec vero possint relaxare aut dispensare dissipando, sed in ijs tantummodo, in quibus constat talem illius, qui regulas & ordinationes condidit, mentem fuisse. Quodq. in omnibus rebus primas tenere oporteat non arbitrium, sensumq. gubernantis, sed exploratum ac certum iudicium, ad maiorem Dei gloriam fore, id fieri de quo agitur, quam omitti. non recordantur quod S. Basilius docet, Infirmorum onera & infirmitates portare, ita demum intelligi, cum in ijs curandis omnis fuerit adhibita diligentia. Non recogitant se patres esse, & patres non corporum, sed animarum; quique illius locum teneant, qui pater spirituum; vt Apostolus loquitur, ad id semper nos dirigit, quod vtile est ad recipiendam sanctificationem eius. Vnde cauendum ipsis est diligenter, ne gubernationem suam politico sensu, & ingenio dirigant, neue humanis respectibus priuata potius commoda, finesque, quam diuinam gloriam, & subdito-
 rum

rum perfectionem (quantumuis ipsi excu-
sare se apud se, & malū hoc tegere studeant)
spectantibus sinant se duci . Obliuiscuntur
denique se non vnius cuiuspiam aut duorum
Superiores esse, sed omnium, qui ipsorum
curæ, fideiq. commissi sunt. Quo fit vt in ijs
cernantur interdum priuatæ in aliquos ami-
citæ ac necessitudines, quæ offensionem in
alijs subditis, & diffidentiam, æmulationem-
que pariant; tum suspiciones etiam non pro-
fus vanas, nec inanes, ne affectu aliquo infu-
scatæ, minusq. synceræ sint informationes,
quæ ad mediatos Superiores transmittun-
tur .

2 Negligentia, seu exigua cura rerum in-
ternarum; quia Superior, si curam spiritus,
deuotionis, & intimæ cum Deo coniunctio-
nis, studiosè diligenterq. complecteretur: re-
ctum proculdubio erga se, aliosq. in omnibus
ordinem teneret. Ideo enim hoc studium Cō-
stitutiones nostræ, tanquam primarium ac
potissimum in Superioribus requirunt. Et
S. Bonauentura hanc veluti sextam, postre-
mamq. alam faciens, merito dixit, sine
ea reliquas perfici non posse; cum per il-
lam zelus iustitiæ accendatur, pietas com-
passionis erga fratres infundatur, patientia
roboretur, exemplum bonum condiatur,
discretio denique clarificetur. Quam ob-
rem necesse in primis videtur, vt & nos om-
nes

Exigua cu-
ra interni
cultus.

p. 4. ca. 10.
§. 5. & p. 9.
ca. 2. §. 1.

nes in Superioribus deligendis in hoc Deo donum oculos intendamus, & qui ad id munus vocantur, donum hoc a Deo enixe petant, omniq. studio prosequantur. Sed quam necessaria sit ijs, qui præsumunt, hæc conditio, præclara extant & luculenta S. Basilij, & S. Chrysofomi, vtriusque Gregorij, & S. Bernardi, omniumq. vt semel dicam, Sanctorum testimonia.

Horæ considerationis perfunctoria obitio.

3 Omittere, aut perfunctorie & sine attentione obire præscriptam horam considerationis. Nec enim dubium esse potest, quin Superior posita obligationis suæ notitia, & bona ac recta cuiusque voluntate, communisque Societatis boni, & subditorum auxilij desiderio, si vacuo atque attento animo ea considerare incipiat, quæ in ea ordinatione breuiter indicantur; excitari se necessario sentiat, impellique ad executionem. Veremurque non parum, ne ex huius capitis defectu complures alii suboriantur, qui per Collegia in dies conspiciuntur, & post multa monita, Visitationes, ac litteras Prouincialium, eodem tamen in statu sine remedio semper hærent. Propterea eodem ipso, quo tum temporis vsi sumus, ac maiore etiam studio & contentione ordinationis illius curam, obseruationemq. commendamus.

In reb⁹ externis occupatio.

4 Est & alia malorum radix longe pernicio-

ciosissima, eoq. periculosior, quo minus vulgo noxia centeri solet, rerum scilicet exterrarum occupatio, in quam Superiores ferri vt plurimum, ac variis nominibus supra modum effundi solent. Sunt enim qui naturæ quadam propensione ad distractiones proni, non solum oblatas occasiones cupidè arripiunt, vt operam suam impendant, sed eas, ipsimet vtrò quærunt, & nasci quodammodo, ac succrescere faciunt. Alij ob rei familiaris inopiam, sic illis se totos tradunt, vt summa, & præcipua subditorum cura in hoc vno sita esse videatur. Alij per speciem proximis lucrificandi, multis se se visitationibus implicant, iisque non modo non necessariis, sed parum etiam vtilibus; atque in his ita versantur, vt à secularium moribus parum abscedant; adeo vt si rationes subducere velint, reperiant vesperi, cum serò domum redeunt, se perexiguo fructu horas complures, non leui damno suorum commodis, & consolationi, disciplinæque domesticæ utilitati subtractas consumpsisse. Alij pia magis specie proximis per consueta ministeria iuuandi, erga deuotulas aliquot operam suam ponentes, plus inde occupationis referunt, quam fructus; vt necessarium plane sit remedium huic malo efficax adhiberi, cum inordinatæ huiusmodi occupationes non solum tempus eripiant, sed mentem quoque obscuro-

obscurent, & cor ipsum indurent: quò fit,
 vt tacito sensu post aliquod temporis spatium
 homo nec opinans immutetur, longèque
 aliter affectum se deprehendat, quam suspi-
 cabatur. Hinc illa S. Gregorij homilia 17,
 memorabilis & assiduo expendenda senten-
 tia: Curis, inquit, secularibus intenti, tanto
 insensibiliores intus efficimur, quanto ad ea,
 quæ foris sunt, studiosiores videmur. Vsu
 quippe curæ terrenæ à cælesti desiderio ob-
 durefcit animus, & dum ipso suo usu durus
 efficitur per actionem seculi, ad ea emolliri
 non valet, quæ pertinent ad charitatem Dei.
 Vnde bene sancta Ecclesia de membris suis
 infirmantibus dicit. Posuerunt me custo-
 dem in vineis, & vineam meam non custo-
 diui. Vineæ quippe nostræ actiones sunt,
 quas usu quotidiani laboris excolimus: sed cu-
 stodes in vineis positi, nostram vineam mi-
 nimè custodimus, quia dum extraneis actio-
 nibus implicamur, ministerium actionis no-
 stræ negligimus. Neque vero hæc eò dicun-
 tur, quod Superior aut necessitati rerum
 temporalium prospicere nõ debeat, aut illi a
 ministerijs penitus abstinendum sit: sed quo
 & illa ordine, modo, auxiliisque consentaneis
 procuret (qua de re appositè S. Bonauentura
 in ala quinque discretionis in tertio gem-
 marum ordine) & hæc ita tractet, vt tan-
 tum ex illis sibi sumens, quantum ea, quæ
 officij

officij propria sunt, minimè impediatur; quidquid in eis temporis ponere potest, id in utilioribus rebus ponat, quæ subditis simul exemplo sint tum humilitatis, tum zeli animarum. quod scilicet tum vsu venit cum vilioribus, & egentioribus personis operam nauat, vbi constet maiorem inesse laborem, & plus meriti, quàm honorificæ, vel speciosæ occupationis.

5 Quinta est, artem nescire, modumque curandi spirituales infirmitates: quia cum præposterè initur curatio, sperari salus vix potest. Et quoniam ex hoc fonte plurima incommoda nasci solent, ob eam rem statuta sunt, quæ de hoc capite supra diximus, quæ quidem Prouincialibus vnice commendamus.

Ignoratio
spirituali-
ter meden-
di.

6 Sexta est impatientia in perferendis laboribus diuturnæ curationis: quia tametsi malum sæpe cognoscant, & medicinam ei facere incipiant; attamen quia curatio hæc non vnus, aut alterius est hebdomadis, sed tempus longiusculum requirit, & infirmus reluctatur, paritque fastidium, defessi tandem fractique succumbunt. Ex quo sequitur, vt aut malum leuiter tantum obducant, contentique sint externa quadam specie, sine effectu veræ, ac solidæ sanitatis; aut tadio certe victi, cum

Impatien-
tia in per-
ferendo.

Prouinciali importunius agant, vt subditus ille àlio amandetur: quod quidem longe mali plus habet, quam prima forsitan fronte videatur. Translato etenim huc, illucque infirmo, cum eius curam ex animo nullus amplectatur, mutanturque in dies & medicus, & ratio curationis, fit vt æger ipse propemodum desperet, & ab omnibus Superioribus auersus, in maximas angustias miser redigatur; eo quod abiectio iam pristino erga Societatem affectu, ad eum modum viuere nequit; & Religione vicissim adeo grauem omnibus illum, vt Superior eum nullus habere velit, ac prope insanabilem reputante, quò res tandem emersura sit, facile est iudicare. Quapropter necesse est, vt magna cum caritate, & longanimitate illius quisque infirmi curam gerat, quem Dominus eius fidei commisit; statuaturque se in eo rem diuinæ ipsius Maieitati gratissimam facere (à qua proinde sperare, ac suis, & aliorum precibus in hac curationis sollicitudine implorare opem debet, mercedemque amplissimam expectare) nisi forte huiusmodi aliquando circumstantiæ concurrant, vel ex parte Superioris immediati, vel ex loci, occupationisve, aut ipsius etiam infirmi conditione, vt discretæ caritas Prouinciali suadeat, illum

commodius & fructuosius alio potius in loco
curandum esse.

7 Septima & postrema, quod non det ope- Defectus
ram Superior, vt ipse alijs omnium virtutum boni exem-
exemplo præluceat, singularitatem declinan- pli:
do, & modum omnem procedendi, qui su-
spicionem præbere possit, ipsum imperio &
gubernatione delectari; specimen dando hu-
militatis, religiosæ paupertatis, caritatis, stu-
dij, amorisq. laborum, & quod ad rem ma-
xime facit, obedientiæ erga suos Superiores,
non voluntatis solum, verum etiam iudicij,
optando ab eis dirigi, monitaq. illorum ac re-
prehensiones humiliter, & cum ædificatio-
ne, quando ysu venit, suscipiendo; nec con-
tra ægre ferendo, curiosiusue, quis detulerit,
obseruant, scripserit, inquirendo. Et quia
quod de exemplo dictum est, summi prorsus
est momenti, multa vtique hoc loco dicenda
forent: sed nobis satis fuerit. S. Gregorij ver-
bis 24. Moral. cap. 2. concludere. Necessè est,
vt is, qui præest, quæ exempla subditis præ-
beat, solerter attendat, & tantis se sciat viue-
re, quantis præest. Subditque. Non debet
hominum ducatum suscipere, qui nescit ho-
mines viuendo præire: ne qui ad hoc eligi-
tur, vt aliorum culpas corrigat; quod rese-
care debeat, ipse committat. Hinc inde er-
go se qui præsumt circumspiciant, vt sibi &

- 26 subditis viuant, vt bonum quod faciunt,
27 & intra sinum mentis abscondant, & ta-
28 men ex eo ad profectum sequen-
29 tium, exempla rectæ ope-
30 rationis imper-
31 tiant.



CIRCA EXECUTIONEM.

C A P. I I.



T quoniam omnis vt dictum est, conatus, non in nouis ordinationibus condendis, sed in earum quas habemus, executione adhibendus est: ne-

In execu-
tionem in-
cumbēdū.

cesse omnino fuerit in hanc præ omnibus serio ac diligenter incumbi. Prorsus enim docet experientia, & incommoda quæ inde nascuntur, liquido demonstrant, plus in hoc genere desiderari, quam aut bona tot Dei famulorum voluntas, aut prompta & simplex obedientia polliceri debere videantur. Id porro ex trium capitum aliquo nasci solet. Primum quod ignorentur interdum a Recto-ribus nonnullæ ordinationes, aut earum certe minime recordentur. Qui enim eas nesciūt, aut memoria non retinent, nec in promptu habent, quod præscriptum est; eos certum est, ordinationum praxim exigere non posse. Satis autem constat, aliquos Superiores & Consultores suam nonnunquam ignorationē proderi, cum audiunt admonenturq. extare de hac aut illa re talem & talem ordinationem.

Executiōis
defectus
ex ignorā-
tiaordina-
tionum.

2 Alterum est, nimia quædam facilitas

Nimia faci-
litas & in-
dulgentia-

B 3 & in-

& indulgentia, quando, vt ante dictum est, parui interesse putant, atque in manu sua esse arbitrantur, vt dispensent, & habenas laxent prout volunt; non aliter quam si quidquid conscio Rectore fit, idem continuo recte ac religiose fieri credendum sit. qua nimirum opinione nulla Religioni perniciosior esse potest, quia non Regulas tantum, tot lachrymis & precibus a B.P.N. Ignatio exartatas, sed ordinationes etiam ac decreta, tot item consultationibus, precibusq. expressa, periuadere sibi deberent maioris esse momenti, grauioribusq. malis declinandis condita fuisse, quam vt ab vno quoque Rectore concipi & comprehendere statim possit. Quod si nondum id assequi, penitusq. cognoscere potuerunt, hæc saltem opinio ac periuasio, quod in illis maius quoddam bonum insit, quam ipsimet intelligant; reuerentiam illis atque auctoritatem conciliare deberet, ne tam leuiter & pro arbitratu, perinde ac si res profus indifferentes essent, ab eis tractarentur. Hinc enim illa (quam S. Bonauentura describit) Religionum confusio, quia pueriles mentes sibi ipsis dimittuntur sine freno retrahente a noxijs, & sine virga ad salubria compellente, aut ex negligentia seniorum, aut ex nociua condescensione, sicut imprudens medicus, &c.

De inform.
Noui. p. 2.
c. 1.

3 Tertium est difficultas, quæ a subditis obij-

objicitur . Superiores enim , dum eorum in obediendo repugnantiam cernunt , & quod post crebra monita, ac pœnitentias nondum, vt aliquid facerent, inflecti potuerint; partim vt altercationes deuitent, partim quod emendationis spem nullam concipiant, nonnunquam etiam humano quodam respectu ducti, vrgerè amplius non audent . Res summi plane periculi errorisq. plena : quoniam si ei, qui obliquas scribendo lineas ducat, regulam applicare non ausis, perspicuum est, qualia tandem eius scripta futura sint . At in hoc genere tanto grauius est periculum, quãto certius est ex licentia, libertateq. agendi vt velis, habitum ingenerari, per quem difficilius in dies euadat, ex regula, alienoq. arbitrio vitam ducere .



R E M E D I A.

Ordinatio
nū frequēs
lectio. &
hora cōsi-
deratiōis.



Vrent Prouinciales, vt Superiores locales omnino habeant & legant Ordinationes, horamque considerationis obseruent quā accuratissime.

In visita-
tione de
executiōe
inquirāt &
generalem
doceant.

2 Cum visitant, de hoc capite nominatim inquirant, & ad nos singulis ex locis referant, vbi & quā in re peccetur: singulis item in locis coram Rectore, eiusque Consultoribus regulas, & ordinationes examinent, obseruando in quibus, & quas ob causas erretur; & quāenam præscepta sint remedia.

Prouincia
lis admo-
nitor id
maxime
curet.

3 Admonitor Prouincialis, qui eiusdem socius, vt plurimum esse solet, hoc ipsum peculiari cura inspiciat, illumque de eadem re commune faciat, atque ad nos quoque quid fiat, aut prætremittatur in hac parte, perscribat. Quod etiam iuxta instructionem suam, præsTABUNT vnus cuiusque Domus, & Collegij Consultores.

Remissio-
nis dāna.

4 Faciant Prouinciales, vt Superiores intelligant, sibi que omnino persuadeant, eum, qui gubernat, sola ipsa remissione plurimum nocere. Itaque non de iis solum, qui ea faciunt, quæ facere non debent, sed de his quoque,

quoque, qui quod facere debent, prætermittunt, dici non posse eos talentum habere gubernandi. Vnde necessarium erit, vt Provinciales matre de ijs nos moneant, qui in hoc genere delinquant, vt mutari scilicet possint, & alij substitui, qui diligentius inuigilent: quandoquidem Deo rationem nem recte reddere de mala eorum locorum gubernatione non poterimus, quæ ab huiusmodi Superioribus ex ipsius voluntate non gubernantur.



DE SPIRITU ET ORATIONE.

CAPITULUM III.

Potissima
cura in o-
ratione .

X operibus ipsis ; imperfectio-
nibusq. quotidianis facile ap-
E paret, orationis, internarumq.
rerum studium haud quaquam
in omnibus tantum esse, quan-
tum esse res ipsa postularet. Idemq. nobis
contingit, quod vasculo cuiquam accideret,
quod perangusti oris aditu modicam aquam
accipiens, complures rimas haberet, quibus
illa sensim efflueret. Quare præcipuam in
hoc studio curam poni necesse est, quoniam
& disciplina, & ministeria, atque, vt ✓ no
verbo dicam, omnia nostra recte habebunt,
si spiritu ambulemus. Ad promouendum
autem, quoad conferre humana cooperatio
potest, augendumq. sanctum hoc studium,
opportuna in primis hæc pauca videban-
tur .

Promouē-
da oratio-
nis media.

Exhorta-
tionib⁹ ac
cendendi .

Præfæti
excitetur .

Frequēs v-
sus exerci-
tiorū spiri-
tualium .

1 Primum, vt in exhortationibus serijs,
& cor ipsum petentibus, ad id crebro inci-
tentur .

2 Excitentur identidem Præfæti rerum
spiritualium .

3 Frequententur exercitia spiritualia, ita
vt re vera intelligant omnes quantopere illis
indi-

indigeant, quicumque conditorē suum agnoscere, & in eius amorem ardentius inflammari desiderant. Et vero multis verbis minime opus est ad persuadendum, vt fenestram mane aperiat, qui lucem videre velit.

4. Exigatur primo quoque tempore per Superiorem, aut certe per rerum spiritualium Præfectum, ab omnibus domesticis ratio, quã orando tenent, tum circa materiam, tum circa modum ipsum: in eoq. instruantur, vt cū fructu peragatur.

Exigenda ratio modi in orando.

5. Fiant per aliquot dies solidæ circa examinandæ conscientiæ rationem exhortationes. Et quia non omnes forsân Rectores esse habent, vnde hoc præstare pro dignitate possint, operæ pretium fuerit, si Prouincialis, quibus locis opus esse iudicarit, nonnulla ad eos capita mature cogitata & expensa transmittat. Cureturq. vt singuli hebdomadis vnus aut alterius spatium, in hanc examinis curam diligenter incumbant, suos in eo defectus obseruando, de impedimentis cum Præfecto conferendo, rationesq. exquirendo, quibus vtiliter, fructuoseq. id facere possint. Commendetur impense vsus examinis particularis, vt si minus diuerso, communi saltem vtriusque examinis tempore peculiari cura exerceatur. in eumq. finem publica & communis sit hæc animi contentio; ita vt Domi sciant omnes in eo nunc loco ab omnibus ope-

Seriæ exhortatiões de examinanda conscientia.

operam dari, vt se se in examinis vsu & studio perficiant. Sic enim fiet, vt non feruor solum maior excitetur, sed maior etiam gratia & influxus per communes omnium preces a Domino impetretur.

Legantur literæ de renouatione spiritus Extraordinariũ spatium dent lectio- ni. 6 Legatur attente, & cum meditatione aliqua epistola nostra de spiritus renouatione.

7 Sumant singula ad duarum hebdomadarum spatium, tempus aliquod extraordinarium, quod lectioni spirituali tribuant, pro sua cuiusq. necessitate legendo ac meditando: in primisq. de causis, damnisq. tepiditatis, de motiuis ad Deo perfecte seruiendum impellentibus, de ijs demum, quæ sibi impedimento esse sentiunt: caput aliquod Gersonis, seu de imitatione Christi, S. Bonauenturæ, S. Bernardi, & similibus, prout vel superiorum temporum experientia, vel eius qui dirigit consilium edocebit.

Quærendũ de causis distractionis. 8 Interrogent vnumquemque Superiores de causis suarum distractionum, occasionesq. fortiter, ac intrepide submoueant: gratum si quidem id illi esse debet, qui cum propositum habeat ad perfectionem contendere, obices omnes remoueri ex animo desiderat. Et Superior ipse regulam suam, constitutionemq. seruet, quam enixe studioseque commendamus.

Exhortationes de silentio. 9 Præmissa efficaci exhortatione de fructibus

tribus silentij, de damnis & periculis nimiae loquacitatis, de facilitate seruandi in Societate silentij, serio admoneantur omnes, vt Regulam silentij minime obscuram illam, satisque manifestam, obseruent; imponanturq. transgredientibus pœnitentiæ. Nec alienum fuerit, si ijs, qui loquendo modum excedunt, hanc pœnam iniunxerint, vt a communi recreatione abstineant, & tempus illud ab alijs segregati ponant in consideranda obligatione, atque vtilitate silentij; aut alias item vsitatas pœnitentias. Denique aduigilent Superiores, vt vigeat prorsus huius Regulæ disciplina, quæ multis in locis plus æquo, nec sine graui iactura, negligitur. Verendū enim nobis est, ne qui plurimum colloqui & tractare inter nos, & cum proximis solemus, minus absurdum paulatim iudicemus, frangi apud nos, violariq. silentium. Ita vt neglecto eius, tāquam rei, quæ minimum offendat, studio, iaceat omnino regula, maneatq. in solis libris exarata. Quod vero seruandi silentij permagna sit in Societate facultas, ei facile constabit, qui per tempora & occupationes orationum, examinum, studiorum, disputationum, ministeriorumq. cum proximo decurrens, animaduertet, excepto vtriusque recreationis tempore, quod silentii tempus non est, perexiguum esse spatium, quod restat. Quo grauiore vtique censura, & animaduersione

sione digna, maiorq. linguæ incontinentia ea videtur, quæ post tot occupationes, & post stata recreationum interualla, vel modicum abstinere nequit a verbis non necessarijs.

Recreationes religiose obeantur.

10 Adhibeatur peculiaris diligentia, vt recreationes religiose traducantur, quod eo tempore, nisi recte transigatur, refrigescat spiritus, plurimumq. distrahatur. Aduigiletur, vt non solum exterminentur obmurmurationes, sed explodantur etiam rerum nouarum narrationes, libertasq. & secularitas indecora. Designentur idonei syndici, submittanturq. secreto boni aliqui ac spirituales, qui sermones sanctos, & religiose recreationi conuenientes inducant.



D E O B E D I E N T I A.

C A P. I I I I.



Quartum, in quo perfici summo studio debemus, est obedientia, cuius & si, quæ diuina est misericordia, non exigua virtus cernitur. In Societate, cuius subditi tanta cum alacritate tot periculis navigationum, tantisque locorum difficultatibus se committunt, & in missionibus, confessionibus, lectionibus, aliisque institui nostri exercitiis, magno animi ardore & contentione versantur: tamen cum ea sit huius virtutis dignitas, ac momentum, ut in eius absoluta perfectione præstantissimos B. P. Noster esse voluerit homines Societatis, inficiari non possumus, haud exiguum esse, quod in multis desideretur. Quo igitur ad perfectionis huius apicem contendatur, suppleaturque quidquid vispiam deesse potest, hæc visa sunt suggerenda, atque ut re ipsa in usum veniant, sedulo commendanda.

Ut singuli dierum aliquot spatio epistolam B. P. Nostri de Obedientia attente legant, meditenturque capita, excerpendo, quæ in ea sane insignia, & plurima occurrerint, tum de virtutis huius dignitate, ac præstantia,

In obediētia perficiēdum.

Quæ iura re possū.

Aliquor diebus legēda epist. B.P.N.

tia,

tia, tum de eiusdem necessitate, gradibus, & perfectione; de impedimentis, motiuis, & cæteris. Veniatque in mentem, quod a S. Basilio in reg. breü. interrog. 166. dictum est, cum quæssisset, quo animi affectu par illi sit obedire, qui ad mandati urgeat executionem, Non minore, inquit, quam quo paruulus vehementer esuriens, vocanti se ad pascuum nutrici obtemperat. cum alio in loco Dominus dicat, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me Patris.

2. Hoc perualum habeant omnes, animi robore, ac virtute opus esse, vt ipsi nos vincamus in rebus arduis; crebras autem contradictiones, procurationes, cæterosque conatus, qui nonnunquam interponuntur, magnam imperfectionem denotare; proculque ab ea simplicitate, promptitudine, alacritate, reliquisque conditionibus abesse, quas virtus hæc requirit, & quas Constitutiones nostræ baculi, cadaverisque exemplo declarent: non quo interdicator id, quod eadem Constitutio, & Epistola permittunt, vt Superiori proponatur; ita nimirum, vt præmissa oratione, & cum indifferentia, quæ ibidem præscribitur; eo denique modo id fiat, vt vere nihil aliud sit, quam repræsentare, hoc est ob oculos Superioris ponere, totam ei curam rei expositæ relinquendo; sed quoniam alter ille agendi modus, quem dixi-

mus,

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

sibido ei

Opus est animi robore.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

p. 6, cap. 7.

mus, non est exponere, sed vi quadam extorquere, voluntati suæ obsequi, occultisque cuniculis peragere, vt id demum fiat, quod ipse velit.

3. Superiores suauis, ac paterna imperandi ratione vtentes, liberum & legitimum ad orationem recurrenti tempus subditis concedant; leniant ipsi difficultates, & in circumstantiis aliquibus condescendant; quod ad rem vero ipsam, fortiter adnitantur, vt subditi se ipsos vincant, fiatque id omnino, quod ad maiorem Dei gloriam, inferiorumque bonum conducit.

4. Si quando vulgares personæ intercedant, quæ priuata potius beneuolentia, humanoque instinctu moueantur, quam quod ad eos hæc cura pertineat; reijci a Superioribus debent; suauiterque moneri, ad ipsos non spectare, vt se se in talia ingerât. Quod si graues sint personæ, vt Consultores, alijve aliquis nominis Patres, benigne illos audiant; deinde vero si animaduertant leuioris esse momenti, quod proponunt; hortentur, vt obedientiam ipsi potius promoueant, animum iis addendo, pro quibus intercedunt. Vbi autem sæpius repugnando, modum egredierentur, aut interponerentur etiam externi, tum diserte doceant sibi hoc ipso constringi manus, ne assentiri possint.

5. Si subditus (vt fieri nonnunquam solet)

Intercessionem moderanda.

Quid si diuiniorem se præbeat.

duriorem se hac, vel illa ex causa præbeat, ita ut solam verbi Nolo vocem vitando, rem ipsam præstare videatur; constantes nihilominus, fixosque manere Superiores oportet, illumque ad orationem, & indifferentiam, quam regula iubet, hortari. Admoneant præterea, repugnando diutiusque renitendo, grauitè peccari: nec expectari in Societate præcepta debere, vbi satis esse debeat signum ipsum indicatæ voluntatis, ut sibi perluadeant, se postquam se ipsos vicerint, tanto lætiores fore, tum ob quietem conscientia, tum ob fructum ipsum, quem magno cum merito ex victoria capturi sunt.

Non reformidandi
recursus.

6 Non reformident immediati Superiores subditi recursum ad mediatos, nec propterea omittant obedientiam urgere: quin hunc potius expectent, quia mediati erit omnia, quæ ipsi egerint, confirmare, subditumque ad obedientiam inducere.

Causæ inobedientia
inuestiganda.

7 Serio moneantur nostri, ut causas, vnde obediendi difficultas nascitur, inuestigent: reperientque non in vna solum obedientia peccari, sed quoniam hæc, ut prompta sit, alias etiam virtutes supponit, altius infixum hære illarum defectum intelligent. Verbigratiā, si quid præcipitur, quod ab existimatione, vel honore proprio alienum sit; difficultas obediendi oritur ex superbia: hic igitur ad-mouendum examen, hic meditationes, &

reme-

remedia applicanda sunt, considerando, quæ inanis res ea sit, præsertim in homine religioso, qui sui contemptum, seq. mundo crucifixum esse, profiteatur. Si opus aliquod imponitur, vel officium, a quo ipsi abhorreamus, ex immortificata natura promanat: sin contra, deserendum est officium, ad quod propensiores eramus; ex eodem ipso inordinato ad officium illud aut personam affectu proficiscitur. Si terrêt operis difficultas, fortitudinis est defectus; eodemq. modo in similibus. Humiliemur itaque, & ad anteriora virili animo connitentes, gloriosam de nobis ipsi victoriam reportemus.

8. Intelligent Superiores se, cum suorum in hac parte defectus non cohibent, plurimum damni adferre tum subditis ipsis, tum etiam Societati. In illis siquidem minuitur virtus & meritum obedientiæ, minusq. in dies apti, & minus tractabiles efficiuntur; non aliter quam equis meticulosis accidere solet, qui nisi stimulis incitentur, gravius semper ex omni re concutiuntur, & longius retrocedunt. Societati vero difficilior sensim redditur gubernatio, diuiniq. obsequij cursus magnopere retardatur. Sublata enim ex Societate obedientiæ promptitudine, cum præcepti, vt dictum est, pœnarumq. vsus, eo quod signum ipsum satis esse debeat, ordinarius non sit, in prom-

Superioribus cohibendi ij defectus.

ptu nimirum est, quis tandem rerum nostrarum status futurus sit, animo prospicere.

9. Intelligent porro subditi, ex tot eius modi contradictionibus, intercessionibus, difficultatibus futurum, ut & minus suavis sit obedientia, & Superiores vicissim id præstare nequeant, quod de Præposito Generali agens B.P.N. 8. p. constit. cap. 1. G. ab illis exigit, ut subditorum scilicet arbitrio aliquid relinquunt, eis compatiantur, & ex parte etiam nonnihil aliquando indulgeant, cum videretur id posse magis convenire: quoniam hæc in subditis pariter supponunt obedientiã, ut plurimum in cæteris rebus promptam, humilem, integram, cæcam, qualem denique ab eo descriptam videmus. Cum ijs enim qui sic obedire consueverunt, potest & debet Superior in nonnullis indulgere, quippe qui hoc tum sine villo vel subditi vel gubernationis sue detrimento facturus sit. Cum iis vero, qui aliter se gerunt, aliterq. fere semper affecti sunt, locum non habet illa B.P.N. admonitio, quandoquidẽ id magis, sicut ipse ait, convenire non potest, nec perpetuo item præstari hoc debet: quoniam id aliud non esset quam subditorum inobedientiam alere, eorumq. infirmitatem confouere: faciliora autem evadent omnia, si excitetur animus, ut in

Supe-

Vede fitmi
nus suavis
obediẽtia.

inobediẽtia
Subditos ad
obediẽtia
causa

Superiore Deum agnoscat, nec certā quādam prudentiā lege, quā vna ad obediendum duci videntur, eo quod rem ita fieri debere iudicemus, vsquequaque moueatur; sed illum in ijs etiam agnoscat, quæ ab hacce humana prudentia dissentire, & discrepare quodammodo videatur. Quam ad rem conferre haud dubie plurimum possent præcipui nonnulli ex antiquioribus, maiorisque existimationis patribus, si hanc de se fiduciam Superioribus præberent; vt extraordinaria nonnumquam in ipsis eorum rerum exempla edere possint, quæ humana hac prudentia niti minime videntur, & in quibus Deus, ipse in Superiore agnoscat. Ideo enim ad ista nos B. Pater noster confirmabat tum doctrina, dum eum ipsum instrueret, vt ipso etiam loquendi modo huius rei nos quodammodo commonefaciat; tum exemplo vbi res tulit, magnæ interdum virtutis patres, vel ipse redarguens, vel publicas illis reprehensiones ac pœnitentias imponi iubens: quod Ignatius, vt Ignatius, nulla prorsus ratione committendum censuisset. Ad extremum, vt caput hoc concludam, meminerint Superiores, debere se facem, sicut dictum est, alijs præferre, & exemplo illis præire, quemadmodum

a. B. P. Nostro præscribitur 4. p. cap. 10. §.

8. eodemque modo qui primas

in Societate tenent, vt

est in parte,

8.

cap. 1. §.

33.



DE CASTITATE.

C A P. V.



Vn ea, quæ huic virtuti aduer-
 santur, honori diuino, Societa-
 tis existimationi, proximorum
 auxilio tantopere aduersentur:
 satis fore videbatur, si in men-
 tem reuocaremus quod in principio 6. partis
 a B. P. nostro dictum est, enitendum nobis
 esse Angelicam puritatem imitari & corporis
 & mentis nostræ munditia. Sed quia ne-
 cesse est quibusdam adiumentis & damna
 præuertere, quæ suboriri possunt, & bonum
 Religionis nostræ odorem conseruare, ne
 vnus cuiuspiam labes in vniuersum corpus
 redundet; e re etiam futurum visum est, si
 nonnulla breuiter commoneremus.

Qualis So-
 cietatis pu-
 ritas.

I Lapsus istos in bene constituta religio-
 ne, qualis per Dei gratiam est Societas, si
 quando contingant, non posse nisi ex magna
 quadam negligentia, longiq. temporis laxi-
 tate proficisci. Quod quidem manifeste con-
 stat ex Nouitijs: hi enim, si prauos sæculi ha-
 bitus intueamur, acriores haud dubie illos ha-
 bent, & minus mortificatos: si virtutem,
 eiusq. firmitatem, minus solidam minusq.
 confirmatam: si virtutum exercitia, aut sen-

Cause hæc
 iusmodi la-
 plus.

suam mortificationem, multis partibus breuiorem; si noxiās rerum species, magis viuidas, & magis impressas; si vsum orationis & communicationis cum Deo, longe difficiliorem. Quare nihil est, quod non persuadeat, illos ad lapsum proniores, & magis expositos esse. Et tamen nouo suo feruore, sensuum custodia, tentationum manifestatione, occasionumque absentia, diuina gratia iuuante, in magna puritate conseruantur. Ex quo intelligere est, cæteros qui diutius in hac schola versati sunt, quique frequentiori orationis, mortificationis, pœnitentiarum, sacramentorum, aliorumque exercitiorum vſu solidiores facti sunt, nisi omnem sui curā abijcere velint, posse Dei ope nixos, nō solum immunēs ab omni grauiori labe seruari; sed in dies magis in omni puritate, ac sanctimonia proficere.

Præſidia
ad puritatem conferuandam.

2. Magna esse ad hunc finem, si recte illis uti nouerimus, in Societate præſidia, ut sacramentorum frequentationem, rationem conscientiaē, quæ Superiori reddenda est, errorum ac defectuum per eos, qui extra confessionem illos acceperint, manifestationem, assiduam loci præſentiam, orationem mentalem, duplex examen, frequentem librorum spiritualium lectionem, otij fugam, studiorum laborem, sobrietatem, & pœnitentias, modestiæ, castitatisque in aliis, quibuscum uiuimus

uimus exemplum, Superiorum vigilantiam, casuum reservationem, tot denique Regulas ad hunc eundem scopum tendentes: vt per mirum sit hominem, qui tam multis præsi diis septus sit, labi, nisi sensim peruertatur, & his omnibus auxiliis se ipse destituat, alia pe nitus omittendo, alia perfunctorie, & sine fructu vsurpando. Quo certe admoneri, ac permoueri quisque debet, vt ad seipsum ani mæque suæ statum cogitationem referat, memoriam repetens quod a S. Bernardo di ctum est, Neminem repente fieri turpissi mum, & Naues submersas complures fuisse, dum in eas aquam sensim defluere sinunt, nec laborant, vt quam primum exhauria tur.

3 A Superioribus tria sunt diligentissime prouidenda.

Tria Supe riorib. pro uidenda.

1 Vt subditi spirituales re vera sint, procedantque cum omni synceritate, & desiderio perfectionis, atque, vt auxiliis, quæ diximus, rite, fructuoseque vtantur. Excubare sedu lo in vniuscuiusque curam debent, ita, vt si mul, ac detrimentum aliquod, iacturamque, aut remissionem spiritus animaduertunt; ma ture succurrant, nec differant, quosusque ma la crescant, & corroborentur.

Vt subditi spirituales sint.

2 Amputent occasiones, quantumuis æ gre laturum subditum sentiant, quasi vel pa rum ipsi fidatur, vel nota aliqua inuri videatur.

Occasiones amputandæ.

tur

tur, quandoquidem qui malis occurrit, & exacta regularum, ordinationumque praxi suorum periculis remouet; nullam iustam suspicionis causam præbet, sed cautela vitur necessaria. Et quamuis nullum subesset periculum, (& vero superbus adeo nullus esse debet, vt se omni tempore, atque in omni occasione securum arbitretur; cum S. Petrus post iteratum sæpius parati ad mortem animi propositum, post tam multa constantiæ promissa; quinimmo post animi & fortitudinis suæ experimenta, cum in tot armatorum conspectu, manum ferro admouere non dubitaret, ad vilis mulierculæ vocem adeo graui foedoque casu prolapsus sit) attamen, vel oblocutionum causas præcidisse permagnum est, atque vt hoc etiam deesset, ipsa nihilominus disciplinæ obseruatio per se laudabilis est, religioni decora, atque honorifica, & meriti apud Deum singularis. Dispiciant ergo Superiores, quemadmodum cum proximis tractetur, foeminarum visitationes, & proluxa colloquia fortiter, iuxta instructionem circuncidantur, præsertim, vbi leuitas aliqua, iocique cernerentur. Ingridiantur prorsus cum illis socij, semoto quouis respectu, serueturque ad vnguem ordinatio nostra circa Reg. 18. Sacerdotum. Nec prætereundum hoc loco videtur, quod S. Greg. talia Lib. 10. ep. 22. reprehendens, ad Ioannem Subdiaconum scribit

scribit de Constantino Monacho. Cognoui
quia ad Monasterium, quod in Piceni Pro-
vincia situm est, solus pergere sine aliquo fra-
trum suorum præsumpsit: ex qua eius actio-
ne cognoscimus, quia qui sine teste ambulat,
recte non viuat.

Schedulæ & munuscula clanculū data vel
accepta, diligentissime caueantur. familiari-
tas tenuiorum & ignobilium fæminarum, vt
quæ suspicioni ac periculo magis expositæ
sunt, procul omnibus modis habeatur. Ea-
rum cura & patrociniū ad temporalia sub-
sidia conquirenda, nec suscipi, nisi magno de-
lectu & cautione, permittatur; nec tractari
sine peculiari cum Superiore communicatio-
ne, atque ita duntaxat, vt nec incommoda
inde vlla, nec sinistrae suspensiones nasci pos-
sint.

Erga Coadiutores, qui in villis degunt, ser-
uetur exacte ordinatio. Erga eos, qui minus
spirituales sunt, & distractionibus magis ob-
noxij, peculiare sit studium, ne periculis obji-
ciantur, quia & si nullam de castitate sua si-
nistram suspensionem præbeant; huiusmodi
tamen homines occurrentibus occasionibus,
quæ plerunque non desunt, tuti parum sunt;
magnaq. tum ipsis, tum Religioni sit iniuria,
cum velut oceano parua quædam cymba
male tuta exponitur. Tales ergo parum solidi
ad speciosa concionum, lectionum, & alia id
genus

Schedulæ
& munus-
cula caue-
antur.

Instru. pro
coad. tem-
por. §. 3. c.
4.
Minus spi-
rituales vt
iuuandi.

genus munia non promoueantur, quæ opinionem, famamq. conciliant, & caros externis illos faciunt. Hinc enim adiguntur sæpe numero Superiores, vt de illis, vel circa locum, vel circa occupationes ea statuunt, quæ nec Societati, nec subditis ipsis expediant. Quod si tandem accidat, quod hominibus spiritu vacuis euenire sæpe solet, vt aut sua sponte abeant, aut merito suo dimittantur è Societate; grauius inde fit scandalum, alienanturque quamplurimi; nec capere possunt, quâ ratione homines, qui tanto cum applausu in eiusmodi rebus occupabantur, talem in statum redigi potuerint, nisi occultæ quædam persecutiones, & graues iniuriæ interuenissêt, quæ miseros & afflictos ad extrema consilia impulerint: aut si a Societate ipsa dimissi fuerint, quod durissimū censerî non debeat, tam utile membrum, & de quo Religio ipsa tam illustria magnæ in eo fiduciæ ac satisfactionis argumenta dabat, illico amputari.

Lenia non ptereatur. 3 Si quid vsquam accidet, quamuis id leue sit, quod minus rectum videatur, non prætermittant officium Superiores, vt commonefaciant, corrigant, & remedium statim admo-ueant; alioqui deterius paulatim fit malum, & tempore ingrauescit.

Cōfessarij nostrorum monendi. Doceantur confessarij, ne ex pia quadam opinione, quam habent de nostris, venialia omnia, aut leuia, atque extra periculum effe-ducant:


ducant : sed considerantes, quo nam tandem res istæ, quæ parvæ videntur, euadere, quoque exitu terminari possint, nimis liberas conscientias extimulent, ruinas & præcipitia, in quæ ferri imprudentes possunt, ostendant: hoc vnum esse, quod dæmon technis suis, fraudibusq. molietur, Dent operam, vt pestiferas qualdam & nimis laxas opiniones penitus euellant, hoc, illudue non esse mortale, magni momenti non esse, necessarium non esse, vt distincte confitendo explicetur. Meminerint denique sic terram paulatim alluione consumi, & cuiusmodi puritas in Societate requiratur, vt omni cura inuigilent, & mala præuertant.



DE DIFFICULTATE IN GRADIBVS
acceptandis.

CIA. P. V. I. quoniam gradus
liberati sunt auctoritate nostra, hanc

Graduum
difficultas


 Hoc unum est, quod ad Societatis pacem unionemq; conseruandam permagnam inter alia vim habet. Et quumquam per Pontificum declarationes sublata fuerint difficultates non paucæ, minime tamen obscurum est, humanam naturam se ipsam semper quærere; multosq; ex eorum etiam numero, quos virtutis, disciplinæq; in cæteris amantes esse constat, magnas, easq; graues, in hac graduum materia pugnans, ac molestias experiri. Ceterum sperare in Domini bonitate, vocationisq; gratia debemus, diuinam Maiestatem, quæ B.P. Nostro hanc graduum distinctionem, Societati vsque adeo necessariam, inspirauit; obices etiam & impedimenta, quæ incurrunt, magis in dies magisq; submoturam. Sed aduigilandum nobis est, adnitendumque, vt per exactam ordinationum conspectantium observationem, constitutiones ipsas in vsum perducamus. Quam ad rem facient, quæ sequuntur.

Seruanda
pro gradibus.

Decretum I Seruetur accurate quod ex Decreto V.
V. Congr. Congregationis ad Regulam 15. & 57. Magistri

gistrari Nouitiorum adiectum est, vt aperte explicetur ijs, qui ingrediuntur, &c.

2. Seruentur ordinationes hac de re constitutæ circa genus, tempusq. studiorum, varia examina suis temporibus instituenda, perscribendum ad nos iudicium &c.

Seruanda quæ circa studia præscripta sūt

3. Ordinationes itidem circa tempus, quo proponi nobis debent, qui ad coadiutorum gradum promouendi sunt, vt præfixum spatium quam minimum prorogetur.

Quæ circa tempus proponendi.

4. Erga eos, qui virtute sua parum se probant Societati, mature quod ad illorum studia, & circumspicere agendum est; ita vt alijs occupationibus nonnunquam interrumpantur; tum vt ipsi ex parte animum ab eis abducant; magisq. in ipiritu proficiant; tum vt hoc modo probentur, ostendantq. quantum in obedientia processerint, ac præsertim in hac circa studia, & circa liberam sui ipsorum dispositionem resignatione; differantur certe, vt sensim perspiciatur quomodo se gerant; nam absolutis postea studijs, si recte illis successerint, insignesq. adeo, quod interdum accidit, doctrina euaserint, obrepunt indidem tentationes, cum sibi ob scientiam & talenta quemlibet gradum deberi existimant: ægreque adduci possunt, præsertim post aliquot annorum curricula, vt agnoscant defectum virtutum, satisfactionisq. in ipsis tantum esse, quantus re vera est; & hunc unum promo-

Quid cum minus probatæ virtutis.

tioni suæ obfistere atque officere merito debere. Ob hanc causam, quando eorum studia differuntur, aperte simul de imperfectionibus suis moneri debent: sic enim aut eos paulatim corrigent, aut causam certe suam Societas æquiorē reddet: nec poterunt illi, quod subinde solent, causari se laudabiliter & cum approbatione semper vixisse, eo quod de suis defectibus moniti nunquam fuerint, nec propter illos mortificati.

**Ut exercē-
di, qui ad
profefsio-
nem min^o
idonei.**

5 Non alantur in certa quadam spe assequendæ professionis, qui ob ingenij, aut virtutis, vel vtriusque inopiam adhuc postea gradum per Constitutiones prouehi non possunt. Multoq. minus in speciosis ac plausibilibus munijs exercendi erunt: ex quibus vbi famam apud imperitos, & eos quibus noti nō sunt, aliquam collegerint; hac vulgi postea opinione abuti solent, non modo vt testimonium id opponant Societati, verum etiam vt semetipsos ipsi decipiant, iudicium vulgi amplectentes, & de se sibi supra quam res habeat, mira persuadentes.

**De gradu
coadiuto-
rum nō ab-
iecte lo-
quendam.**

6 Nullo modo ferant Superiores, vt de coadiutorum gradu abiecte quisquā loquatur, aut sentiat, præcipue ex professis: sed illos arquant, mortificent, & instruant, docentes quo ex spiritu talia procedant: & caritatem, obedientiam, fructumq. proximorum, ea demum esse, quæ non solum apud Deum me-
ritum,

ritum, sed in Religione etiam benevolentiam apud Superiores, existimationemq. conciliat. Hos esse operarios, qui tamquam membra, re vera vtilia, & tali corpore digna, in Societate pluris fieri; magisq. foueri debeant.

7. Quandoquidem Constitutiones ex hoc Coadiutorum ordine Rectores, vt plurimum deligi volunt, peculiari studio in eos intendat Prouinciales, quos idoneos ad id munus animaduertent; quoniam hos in primis, libentiusq. præ cæteris admittemus.

Coadiutores patres præficiendi collegiis.

8. Quæcumque ad spiritum, humilitatemq. faciunt, eadem omnia ad gradum etiam facilitatem conducent. ex huius si quidem defectu, & ex humana quadam æstimatione, externaq. in paucis quibusdam specie, omnes hæ molestiæ, & anxietates promanant.

Humilitas necessaria ad gradus.

9. Speramus in posterum, ob varias ordinationes, accuratioremq. aliarum Constitutionum praxim, leuiores, ac pauciores fore difficultates: præcipuus nunc labor, in antiquioribus erit, qui studia peregerunt, & de se ipsis præclare quidem sentiunt, sed longo interuallo, seu doctrinam, seu talenta spectes, ad eam formam accedunt, quam describunt Constitutiones. Verum & hic quoque in uocationis gratia confidendum est fore, vt difficultates omnes facile profligentur, si quam possumus, diligentiam adferamus. Quare si

Antiquiores vt disponedi pro gradu.

repugnabunt, suauiter primum instruendi sunt, quanta maturitate, secretis informationibus, inultorum prudentum iudicio, accuratisq. examinibus de ipsis actum, decretumque in consultationibus fuerit. Inculcanda est promissio, quam Societati pacti sunt, gradum, quicumque designatus foret acceptandi: quæ quidem, vt aliud nihil esset, tale certe pactum continet cum Societate, cum subscribit aliquis se legisse, intellexisse, &c. velleq. quicquid inibi, continetur obseruare, vt sine illo, hoc est, nisi ab eo iniretur, religionis aditu penitus excluderetur. Ex quo liquet eos, qui post huiusmodi pactum, multosq. post annos, fidem ac promissa sua non seruant, grauius omnino peccare, & iniuste agere aduersus Societatem: multoq. nunc magis accedente insuper V. Congregationis declaratione, quæ promissionem hanc votum esse declarauit. & commiseratione sane dignum est, multisque lachrymis deplorandum, quod nonnulli aliquando in hoc genere responderunt, se quidem promississe, sed iuxta Constitutiones intellexisse, iuxta quas idonei sibi ad professionem esse videantur. At qui iudicium hoc nemo est, qui, nisi cæcus plane sit, non videat ad ipsos minime spectare: sed Religionis arbitrio singula permitti, cuius est de cuiusque talentis iudicare, &c.

• Iuuerit eosdem ad exercitia spiritualia co-
hor-

hortari, vt melius perspiciant, quam vim habent obligatio & vinculum, quo se Deo obstrinxerunt, vt ei reddant, quod promiserunt. Scandalum illis ob oculos ponere, quod cæteris præbent. Denique monendi in vno quoque nominatim erimus de personæ circumstantijs, causisq. quas adfert, de eius dispositione, &c.

Ad spiritua-
lia exerci-
tia cohor-
tandi.

10 Conferet ad extremum, si Prouinciales, & Consultores de vniuscuiusque promotione, tum priuatim, tum publice, non ex compassione quadam, & gratificandi desiderio loquantur, aut censeant: sed iuxta interrogationum responsa, & iuxta formulam Constitutionum, ac Decretorum. Nec complacendi studio præ se ferat quisquam, se in contraria sententia fuisse, & hunc, illumve altius prouehi posse, dotesq. aliorum opinione maiores habere; aut condescendendum, seu indulgendum quidpiam esse: quoniam huiusmodi omnia deliberationes plurimum labefactant, dissensiones excitant, animorumque auersiones. Sed satis habeant singuli ex formula & Instructione, quod in Domino sentiunt, qua secuti cura decet, ad Præpositum Generalem perscribere. Meminerint hanc graduum distinctionem non in libris solum extare scriptam debere, sed re ipsa ad Societatem conseruandam, operariorumque numerum amplificandum necessariam prorsus esse;

Sinceræ
informa-
tiones insti-
tuenda.

B. P. Nostri Spiritus sancti ductu sic eam instituisse; ideo & retinendum eius usum esse & pervincendas, quæ in diem incidunt, difficultates; cum per Dei misericordiam non desint in eo gradu complures, qui non solum exemplo suo, ac virtute Societatem ædificant, sed eandem per ministeria, fructumque erga pro-

ximos cum magna in

Dominò laude il-

lam adiuuant

& su-

stentant. Romæ vl-

timo Iulij

1598.




F I N I S.

siq

I N D E X

CAPITVM



	E. instruendis formandisq. Superioribus . Cap. I.	pag. 1
	D. Circa executionem. Cap. II.	17
	De spiritu & Oratione. Cap. III.	pag. 22
	De Obedientia. Cap. IIII.	27
	De Castitate. Cap. V.	35
	De difficultate in gradibus acceptandis. Cap. VI.	42

INDEX REPERVVM.



Castitas.

Confessarij.



VALIS Societatis puritas.

pag. 35. *Causa huiusmodi lapsus.*

ibid. Praesidia ad eam conseruandam. pag. 36.

Tria prouidenda, ut spirituales sint, & occasiones amputentur.

pag. 37. *Schedula, & munuscula cauenda &c.* pag. 39

Coadiutores.

Vt iuandi. pag. 39. *Coadiutores spirituales Collegijs praeficiendi.* pag. 45. *De gradu Coadiutorum non abiecte loquendū.* pag. 44

Conferentia.

Qua conferentia habenda. pag. 3

Confessarij nostrorum de quibus monendi. pag. 40

Difficultas.

Difficultas ex parte subditorum. pag. 19

Distractio.

In rebus externis occupatis. pag. 11. *Causa distractionis.* pag. 24

Executio.

Executionis defectus. pag. 1. & 17. *Executionis vis a quibus pendet.* pag. 2. *Executioni incumbendū.* pag. 17

Exemplum.

Defectus boni exempli. pag. 15

Exer-

INDEX RERVM:

Exercitia spiritualia.

Frequens usus exercitiorū .
p. 22. *Nostri promouendi*
ad exercitia hortandi .
pag. 47

Exhortatio .

Exhortationibus animandi .
p. 22. *Seria exhortatio-*
nes de examinanda con-
scientia . p. 23. *Exhortatio*
nes de silentio . pag. 24

Generalis .

De quibus monendus . p. 3

Gradus .

Graduum difficultas .
pag. 42. *Seruanda pro*
gradibus . *ibid.* *Que circa*
tempus proponendi . p. 43.
Quid cum minus probata
virtutis . *ibid.* *Vt exer-*
cendi , ad professionē mi-
nus idonei . pag. 44

De gradu Coadiutorum non
abiecte loquendum . p. 44.
Coadiutores spirituales
præficiendi Collegis . p. 45
Que humilitas necessaria
ad gradus . p. 45. *Anti-*
quiores ut disponendi pro

gradu . p. 45. *Ad exerci-*
tia spiritualia hortandi .
pag. 47. *Sincera informa-*
tiones instituenda . *ibid.*

Hora considerationis .

Perfunctoria obitio . pag. 10

Impatientia .

IN perferendo . pag. 13

Indulgentia .

Nimia indulgentia . p. 17.

Remissionis damna . p. 20

Industria .

Industriarum utilitas . p. 3

Intercessionēs .

Intercessionēs moderandæ . p.
29. *Non reformidandi re-*
cursus . pag. 30

Lectio spiritualis .

Extraordinarium tem-
pus detur lectioni . p. 24

Medicina spiritualis .

Ignoratio spiritualiter
medendi . pag. 13

Obe-

INDEX RERVM

Obedientia

In obedientia proficien-
dum, & quomodo . p. 27.
Cause inobedientie . p. 30.
Unde fit minus suavis .
pag. 32

Oratio .

Potissima cura in oratione .
p. 22. Promouenda media;
ibid. Exigenda ratio in
orando . pag. 23

Ordinationes .

Ordinationum varietas . p. 1
Ordinationum frequens
lectio . pag. 20

Prouincialis .

Eius Admonitori quid
prestandum . pag. 20

Recreatio .

Recreationes religiose
oboeantur . pag. 26
Superiores

Errata Superiorum :
Ignorantia subditorum
morbos . p. 4. Negligunt
fouent dissimulando . p. 5.
Augent placendi studio . p.
6 Exasperant acriori cor
reptione . pag. 7
Ignorantia Superioris . p. 8.
Exigua cura interni cul-
tus . p. 9. Superioribus co-
hibendi defectus . pag. 31

Visitatio .

Que in Visitatione le-
genda . pag. 2. Que in-
quirenda ibid.